terre. Dicite filie syon. Ecce saluator
tuus uenit. ecce merces eius cum eo. et opus
eius coram illo. Et uocabunt eos populus
sanctus. redempti a domino deo nostro.
me. Apparuit benig
nitas et humanitas saluato
ris nostri dei. Non ex operibus iusticie que
fecimus nos. sed secundum suam misericordiam
saluos nos fecit. per lauacrum regenera
tionis et renouationis spiritus sancti quem
effudit in nos abunde. per ihesum christum
saluatorem nostrum. ut iustificati gratia
ipsius. heredes simus. secundum spem uite
eterne. In christo ihesu domino nostro. enedic
tus qui uenit in nomine domini. deus dominus et il
luxit nobis. domino factum est et est mira
bile in oculis nostris. lluia. nus regnauit.
decorem induit. induit dominus fortitudinem
et precinxit se uirtute.
In illo tempore. Pastores loquebantur ad
inuicem. Transeamus usque bethleem.
et uideamus hoc uerbum quod factum est quod
fecit dominus et ostendit nobis. Et uene
runt festinantes. et inuenerunt mari
am et ioseph et infantem positum
in presepio. Videntes autem cognoue
runt de uerbo quod dictum erat illis de
puero hoc. Et omnes qui audierunt mi
rati sunt et de his que dicta erant
a pastoribus ad ipsos. Maria autem con
seruabat omnia uerba hec conferens.
in corde suo. Et reuersi sunt pasto
res glorificantes et laudantes deum
in omnibus que audierant et ui

derant. sicut dictum est ad illos.
eus enim firmauit orbem terre
qui non commouebitur. parata sedes tua
deus. ex tunc a seculo tu es. unera
nostra quesumus domine natiuitatis hodier
ne mysteriis apta proueniant. ut
sicut homo genitus idem refful
sit deus sic nobis hec terrena substan
tia conferat quod diuinum est. Per.
domine munera dignanter
oblata. et beate anastasie suffra
gantibus meritis. ad nostre salutis
auxilium prouenire concede. Per.
xulta filia syon. lauda filia ierusalem.
ecce rex tuus uenit. sanctus et saluator mundi.
uius nos domine sacram … ti
semper nouitas natalis instau
ret. cuius natiuitas singularis.
humanam repulit uetustatem. Per.
aciasti domine familiam
tuam muneribus sacris. eius quesumus sem
per interuentione nos refoue cuius
sollempnia celebramus. Per.
uer natus est no
bis. et filius datus est no
bis. cuius imperium super hu
merum eius et uocabitur no
men eius magni consilii angelus. Can
tate domino canticum nouum quia mirabilia
oncede quesumus omnipotens deus. fecit.
ut nos unigeniti tui noua per
carnem natiuitas liberet. quos
sub peccati iugo uetusta serui
tus tenet. Per.

ẽ dicit dominus. Propter hoc sciet populus
meus nomen meum in die illa. quia
ego ipse qui loquebar ecce assum. Quam
pulchri super montes pedes annun-
ciantis et predicantis pacem. annun-
ciantis bonum predicantis salutem.
dicentis syon. regnabit deus tuus.
Vox speculatorum tuorum. levaverunt
vocem. simul laudabunt. quia oculo
ad oculum videbunt cum converterit
dominus syon. Gaudete et laudate si-
mul deserta ierusalem. quia consolatus
est dominus populum suum. redemit ierusalem.
Paravit dominus brachium sanctum suum
in oculis omnium gentium et vide-
bunt omnes fines terre salutare dei
Rs. Multifa nostri.
rie multisque modis. olim
deus loquens patribus in prophetis.
novissime diebus istis locutus est
nobis in filio quem constituit here-
dem universorum. per quem fecit et secula.
Qui cum sit splendor glorie et figura
substantie eius. portansque omnia
verbo virtutis sue. purgationem pec-
catorum faciens. sedet ad dexteram
maiestatis in excelsis. tanto me-
lior angelis effectus. quanto differen-
tius pre illis nomen hereditavit. Cui
enim dixit aliquando angelorum. filius
meus es tu. ego hodie genui te.
Et rursum. Ego ero illi in patrem.
et ipse erit mihi in filium. Et cum iterum
introducit primogenitum in orbem

terre dicit. Et adorent eum omnes ange-
li dei. Et ad angelos quidem dicit. Qui
facit angelos suos spiritus et ministros
suos flammam ignis. Ad filium autem.
Thronus tuus deus in seculum seculi. virga equi-
tatis virga regni tui. Dilexisti iusti-
ciam et odisti iniquitatem. propterea un-
xit te deus deus tuus. oleo leticie pre
participibus tuis. Et tu in principio
domine terram fundasti. et opera manuum
tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu au-
tem permanebis. et omnes ut vestimentum
veterascent. Et velud amictum mu-
tabis eos. et mutabuntur. Tu autem
idem ipse es. et anni tui non deficient.
iderunt omnes fines terre salutare
dei nostri. iubilate deo omnis terra. [...]
fecit dominus salutare suum. ante conspectum
gentium revelavit iusticiam suam.
Ita. ies sanctificatus illuxit nobis. veni-
te gentes et adorate dominum. quia hodie des-
cendit lux magna super terram.
In principio erat verbum.
Et verbum erat apud deum. et deus
erat verbum. Hoc erat in principio apud
deum. Omnia per ipsum facta sunt. et
sine ipso factum est nichil. Quod factum est
in ipso vita erat. Et vita erat lux ho-
minum. Et lux in tenebris lucet. et te-
nebre eam non comprehenderunt. Fuit
homo missus a deo. cui nomen erat
iohannes. Hic venit in testimonium. ut
testimonium perhiberet de lumine. ut
omnes crederent per illum. Non erat ille lux